



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 10. An Confessarius legitimè approbatus, teneatur admittere electionem sui factam à volente lucrari Jubilæum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

E contrariò, num. 42. assentitur Tamburinus Bordonò *Resol. 36. n. 88.* dicenti, Sacerdotum Sæcularem, cui Episcopus concessit potestatem excipiendi confessiones suarum Ovi-um, ingressum in Religionem, posse validè easdem excipere: *Quia hic, inquit, non militat involuntarium Episcopi, sed favet maxima ejus voluntas, propter oppositam rationem, scilicet, quia mutatio personæ est in melius.*

Q. 10. An Confessarius legitimè approbatus, teneatur admittere electionem sui factam à volentè lucrari Jubilæum?

R. Affirmativè, ita ut peccet graviter, si commodè potens, nolit illius confessionem excipere, commutare vota, &c. Sanchez in Decal. l. 4. c. 54. n. 12. citans Aragonium, Vivaldum, Sayrum, &c; Gobat n. 298. Bordonus approbatus à Pourré p. 6. 4. fine. Ratio est: Quia talis Confessarius est judex delegatus à supremo omnium Fidelium Pastore in Pœnitentis favorem, petentis jus ex privilegio illo sibi concessum.

SEC.